



ΛΥΣΙΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ

Λ Ο Γ Ο Σ .

LYSIÆ RHETORIS

O R A T I O .

ARGUMENTUM APOLOGIÆ

*Pro cæde Eræosthenis, quem in adulterio deprehensum Euphiletus occiderat.*

Auctore JODOCO VANDERHEIDIO.

**Q**ui accusatur cædis, excusat se; quòd in adulterio deprehensum liceat marito occidere. Oratio est generis judicialis, status assumptivi. Narrationem habet perspicuam Confirmatio nititur testibus & lege de mœchis lata. Quæ nisi observetur, multa incommoda & absurda dicit eventura.

1. Exordium sumitur à præclara illa sententia: ut non aliter de aliis, ac de nobis, judicemus. Id tamen non rarò à plerisque negligitur; quòd, quæ cæteris eveniunt, quasi longo intervallo interjecto videamus. Cic. lib. 1. Offic.

2. Modus gubernandi uxores.

3. Liberi sunt firmissimum conjugatorum vinculum. Facetè nonnulli dixerunt, Matrimonium sine prole, esse quasi mundum sine Sole. Et, ut vita sine conjugio Græcis dicitur ἀτελής, ita & Conjugium sinè liberis ἢ ἀτελής δὲ μὲν appellatur.

4. Benè proverbium admonet; Nec mulieri, nec gremio credendum.

X 2

5.6.